UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Eugenia virgine [et] mar. Cap[itulum]. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

miliauit ſe propter homines: q: venit propter
eorū ſalutem: vſq₃ ad homines propter naſcen
di modum conſimilē: τ ſupra homines propter
natiuitatis modū ſingularē. Hec damaſcenus.

¶ De ſancta Anaſtaſia martyre τ ſocijs. Cap. ij.

Anaſtaſia
nobiliſſima ro-
manorū filia pre
textati illuſtris τ
gentilis a matre
ſua fauſta xpiana et a ſancto
chryſogono in fide xpi erudi-
ta eſt: que tēpore diocletiani
martyrium paſſa eſt. Nam tra
dita publio pagano in coniu-
gem: languorez ſimulans ſe ſemper ab eius cō
ſortio abſtinebat. Sed vir audiens eam cum
vna ancilla xpianis carceratis neceſſaria mini
ſtrare: eam in artiſſima cuſtodia recluſit: ita vt
etiam alimoniā denegaret. Que vincta ſancto
chryſogono amariſſimas epiſtolas deſtinabat:
ille xpo cōſolatorias remittebat. Inter hec vir
eius moritur et ſancta a carceribus liberatur.
Hec habebat. iij. ancillas ſorores τ virgines. ſ.
agapē: thymoniā: τ hyrenā. Quas vrbis prefe
ctus dulcius vti xpianas tenuit: τ eas nolētes
conſentire ſibi nec dijs ſacrificare martyriū pa
ti fecit: vt habebitur. iij. non. aprilis. Poſt qua
rum paſſionē anaſtaſiam de conſenſu diocletia
ni comprehēdit: vt ſi eam ſacrificare faceret in
coniugiū haberet. Quam cum ductā in cubicu
lum amplexaretur ſubito cecus efficitur et ad
deos accedens ſi a cecitate liberari poſſit ſci-
ſcitatur. Qui eos cōtra ſe indignatos audiuit:
eo ꝙ anaſtaſiā contriſtauit. Et rediens domum
inter manus ducentium expirauit. ¶ Poſt hec
anaſtaſia ab eius ſucceſſore detenta eſt. Qui au
dito ꝙ multas poſſeſſiones haberet: eidez ſua
dere cepit: vt ſi vellet libere chriſtianitate per-
frui poſſeſſiōes ſuas ſibi daret: τ tūc vera chri
ſtiana eſſet: eo ꝙ xpus oīa eroganda iuſſiſſet.
Que cum eidem reſponderet: facultates pau-
peribus: non autem diuitibus erogādas: diro
carceri fame cruciāda tradit: ſ₃ a ſancta Theo
dora: que iam martyrium paſſa fuerat: duobus
menſibus celeſti pane reficitur. Tandē cum du
centis virginibus ad inſulas palmarias ducta
eſt: vbi multi xpiani fuerāt relegati. Inde poſt
aliquot dies a prefecto reuocata τ ad palos li-
gata ignibus cōcrematur: ceteris xpo diuerſis
ſupplicijs perimuntur. Inter quos vnus erat
qui pluribus diuitijs ſpoliatus dicebat: ſaltē
xpm ſibi auferri non poſſe. Corpus autem ſan-
cte anaſtaſie in eius viridario quedam apollo-
nia ſepeliuit: vbi poſtmodū in eius honore ec-
cleſia fabricata eſt. Paſſa eſt autem. viij. kalen.
ianuarij circa annum domini. cclxxx.

¶ De ſancta Eugenia virgine τ mar. Cap. iij.

Eugenia fi
lia philippi nobi
liſſimi romanoꝝ
fuit tempore va
leriani τ galieni
imperatoꝝ: qui quidē philip-
pus a ſenatu prefectus alexā
drie cōſtitutus claudiam vxo
rem ſuam: τ filios adiutum et
ſergium ac filian eugeniaz ſe-
cum duxit. Que eugenia vnā cum protho τ hia
cyntho eunuchis τ ſeruis ſuis ſtudēs omībus
liberalibus artib⁹ erudita: anno. xv. etatis ſue
ab aquilino aquilini conſulis filio in coniugiū
petitur: ſed ipſe ab eadē in virū contēnitur. Et
dum in libris apoſtoli ſtuduiſſet aīo iam chri-
ſtiana prothū τ hiacynthū conuertit. Et aſſum
pto habitu viri ad monaſterium monachorum:
quod erat extra ciuitatē alexādrie: quibus per
mittebatur a paganis ibidem habitare: ipa ac
ceſſit: τ ſe virum ſimulās cum prothoτ hiacyn
tho fieri monachus poſtulauit. Quam abbas
helenus per ſpiritū feminā cognoſcens eaz ni
hilominus de virili animo cōmendauit: τ ipam
vna cum ſocijs monachos fecit: que in dei timo
re permanſit: τ eugenius vocatus in ſanctitate
vite perſeuerans: poſt abbatis obitum in regi
mine ſucceſſit. Parentes igitur eā dudū requi
rentes τ nō inuenientes lugebāt: ſed vates gē
tilium vaticinantur filiam τ ſocios inter duos
tranſlatos. Qua de re pater filie imaginem fe
cit: τ eam vt deā adorari mandauit. ¶ Tempo
ris proceſſu dū matronā melanthiā noīe euge
nia oleo perungens a quartana liberaſſet. Illa
fratrē eugenium virum eſſe arbitrans: eūq₃ ſe
pius viſitās in eius amorem exarſit: τ cogitās
qualiter ſecum cōmiſceri poſſet: lāguorē ſimu-
lans pro eo miſit. Quem tanq₃ virum dum illa
oſculis τ amplexibus ad cōcupiſcentiam ꝓuo
caret: eiq₃ amorem ſuuz panderet: τ ille ſermo
nibusτ actibus facinus omnimode recuſaret:
cōfuſa mulier τ dubitans ne eugenius factum
proderet: τ ſic verecūdiā ipa incurreret: clama
re cepit: ꝙ ſe eugenius voluerit violare: prefe-
ctūq₃ philippū adijt: τ de crimīe eugeniū accu
ſauit. Tunc prefect⁹ ira accenſus tā ipam ꝙ cū
ctos xpianos repertos cōprehēdi iuſſit: diēq₃
ſtatuit: quo oēs interirēt morſib⁹ beſtiarū. Eu-
geniūq₃ ſibi aſtantē interrogat: an xpus adulte
ria doceat. Cunq₃ hoc virgo cōmiſiſſe negaſſet
τ melanthia ſeruos τ ancillas prout ab ea do-
cti fuerant: teſtes adhibuiſſet. Eugenia pro de
fenſione veritatis: τ ne chriſtianū nomen falſi-
tate confunderet: a ſummo vſq₃ deorſum coraz
prefecto veſtem ſcidit: τ ſe feminam eſſe oſten
dit: eugniā videlicet philippi filiam τ ſocios
prothum et hiacyntuhm omnibus declarauit.

Moxqꝫ pater filiā cognoſcēs cū mr̄e et fratri-
bus in eius amplexus irruit: et pre gaudio la-
chrymas fudit. Melāthia aūt cuꝫ oībus ſuis a
fulmine interēpta eſt. Sicqꝫ eugenia parentes
⁊ fratres ad fidem cōuertit. vnde ⁊ philippus
ꝓfecturā deſerēs a xp̄ianis ep̄s ordinaṫ: quo ꝑ
martyriū aſſumpto claudia cū filijs: ⁊ eugenia
romā rediȷ̄t: vbi ⁊ ꝟgo multos ad xp̄m ꝯuertit.
Quā ꝓfectꝰ nicenꝰ tentā fecit adduci ad tēplū
diane: vt ſacrificaret. Sed duꝫ eugenia oratio-
nem fudit: templum cum idolo ſubuerſum eſt:
multis paganoꝝ eam clamātibus innocenteꝫ.
Juſſu igiṫ preſidis ligato ſaxo ad collū eius in
tyberim iactaṫ: ſed ſuꝑ aquas manens minime
mergiṫ: inde in fornaces thermarū mittiṫ: ſed
igne extincto illeſa educiṫ. Poſt hec ꝑ dies.xx.
ſine lumine et cibo carceri mācipata: ſed a xp̄o
eaꝫ celeſti pane reficiēte confortata eſt: qui die
quo ad thermas deſcēderat: ꝓmiſit eā ad cele-
ſtia ſubleuare. Die igiṫ natalis dn̄i miſſo ſpicu-
latore a ꝓfecto ī carcere decollaṫ: videlicet.viij.
kal'.ianuarij. Cuius corpus a xp̄ianis iuxta vr-
bem in ꝓprio ꝑdio ſepultū eſt. Ad cuiꝰ tumulū
dum mater oraret: eidē apparuit: eāqꝫ ꝯfortās
die dn̄ico proximo in xp̄o pauſaturā nunciauit.
Que die ſibi predicto ad chriſtū migrauit: et a
filijs adiuto ⁊ ſergio iuxta eugeniā ſepulta eſt:
qui ⁊ poſt tempus multis paganorū conuerſis
quieuerūt in domino: ſepulti ⁊ ipſi a fidelibus
iuxta matrem ⁊ germanam.

De ſancto ſtephano ꝓthomartyre. Cap.iiij.

STephanus
prothomartyr vnꝰ de
ſeptem diaconibꝰ ab
apoſtolis ordinatus eſt in mi
niſterium viduarum: vt habeṫ
Actuū.vi. Creſcente enim nu
mero diſcipuloꝝ conuerſi exi-
gentibus aduerſus cōuerſos
ex iudeis murmurare ceperūt:
eo ꝙ deſpicerenṫ ī miniſterio
quottidiano vidue eorum. Cōuocata ergo mul
titudine per apoſtolos decreuerunt eligere ſe-
ptem viros boni teſtimonij ſuper tali opere cō
ſtituendos: ad hoc vt ipſi om̄ibus curis tempo
ralibus depoſitis predicationi intentius vaca-
re poſſent. Sicqꝫ elegerunt ſeptē diacones pri
mos: quorum prior et primicerius extitit Ste
phanꝰ prothomartyr: philippus qui eunuchuꝫ
baptizauit: ⁊ fuit epiſcopus in thracia Aſie: et
procorus qui fuit epiſcopus nicomedie bithy-
nie: ⁊ nicanor: ⁊ parmenas: ⁊ timon: et nicolaꝰ:
qui poſtea apoſtatans hereticus fuit: a quo et
nicolaite dicuntur: ⁊ orantes eis manus impo-
ſuerunt: ⁊ diacones ordinauerunt. Stepha-
nus autē plenus gratia ⁊ fortitudine: faciebat
ſigna magna in populo: inuidentes igiṫ ſibi iu-
dei: triplici modo eum ſuperare ſtuduerūt: ſci-
licet diſputatione: teſtiū productione: ⁊ tormē
torū illatione. Et in qualibet pugna adiutoriū
de celo ſibi datum eſt. In prima datus eſt ei ſpi
ritusſanctus: qui facūdiam miniſtrauit. In ſe-
cunda vultus angelicus: qui falſos teſtes cōfu
tauit. In tertia chriſtus viſus eſt adiuuare pa-
ratus: qui martyrē confortauit. Poniṫ ergo
prima pugna. Surrexerunt aūt quidā de ſyna-
goga libertinorū: id ē de ſeruitute manumiſſo-
rum ⁊ cyrenenſium ⁊ alexandrinoꝝ ⁊c. diſputā
tes cum ſtephano. Ecce primū prelium. Et non
poterāt reſiſtere ſapientie ⁊ ſpiritui qui loque
batur. Ecce adiutoriuꝫ. Ponitur poſt hoc ſe-
cunda pugna. Quia ſubmiſerūt falſos teſtes:
qui eum accuſabant de blaſphemia in deum: in
moyſen: in legem: ⁊ in templum. Ecce ſecundū
prelium. Et intuentes in euꝫ omnes qui ſede-
bant in conſilio videbant faciem eius tanꝗ fa-
ciem angeli. Ecce auxiliuꝫ. Deinde ponitur ſe-
cunde pugne victoria. Nam principe ſacerdotū
eum interrogantem: ſi hec ita ſe haberent de
quattuor blaſphemijs ſibi īpoſitis ſe excuſat.
Primo de blaſphemia in deum: dicens deuꝫ
qui locutus eſt patribus deum glorie fuiſſe.
Secūdo de blaſphemia in moyſen commen-
dans moyſen: a feruore zeli: quia percutienteꝫ
iudeum egyptum interfecit ab operatione mi-
raculorum: que in egypto et deſerto oſtendit: ⁊
a familiaritate dei: quia cum deo locutus fuit.
Tertio de blaſphemia in legem. Nam com-
mendat legem: ex parte dantis: qui fuit deus:
ex parte miniſtrātis: qui fuit moyſes: ⁊ ex par-
te finis: qui dat gratiaꝫ. Quarto de blaſphe
mia in tabernaculum ⁊ templuꝫ: commendans
tabernaculum quod fuit: a deo fieri preceptū:
in viſione oſtenſum: a moyſe perfectum: ⁊ arce
teſtimonij cōtentiuum: templum auteꝫ dixit ta
bernaculo ſucceſſiſſe. Hec omnia legentibus
textum Actuum ſeptimo: ſatis patere poſſunt.
Ultimo ponitur tertia pugna. Nā audientes
hec diſſecabanṫ in cordibus ſuis: et ſtridebant
dentibus in eum: quaſi iam illum animis lapi-
dantes. Quos beatus Stephanus tribus mo-
dis conatus eſt corrigere: ſcilicet Primo pu
dore eis duritiam cordis et necis ſanctoruꝫ ſe-
uitiam improperans. Dura inquit ceruice ⁊ in
circūciſis cordibꝰ ⁊c. Et increpabat eos ꝙ ſpi-
ritui ſancto reſtiterūt: ꝙ prophetas perſecuṫ
ſunt: ⁊ ꝙ creſcēte malicia eos occiderūt. Se
cūdo correxit eos timore: per hoc ꝙ ieſum ſtan
tem a dextris dei perhibuit: quaſi ad ſuū adiu-
toriū preparatū. Ecce inquit video celos aper
tos ⁊c. quod audiētes iudei clamātes voce ma
gna continuerunt aures ſuas: quaſi blaſphe-
miam abhorrentes: ⁊ impetū facientes in euꝫ:
et eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant:
quoruꝫ priores teſtes lapidare incipientes ſm̄
legem: vt expeditiores eſſent depoſuerunt ve-
ſtimenta ſua ſecus pedes Sauli adoleſcentis:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN